

L. 19.5. Proluſis chronosticha in pacem 1762. et 1763 exhib.

T. 1227

PROLVSIO
LVSTRATIONI ANNIVERSARIAE
GYMNASII GOTHANI
D. XXVI. LVLI. A. CCCCCLXII. INSTITVENDAE
PRAEMISSA.



Cum PAX, vna triumphis immumeris potior, PAX praeſtantissima rerum, iam partim inter potentissimos ter-
rarum dominos sancta, partim inter alios etiamnum
belligerantes ineunda fit, atque in ore et votis omnium
ab humanitate hand alienorum verſetur; cumque varia
hinc inde anguria, ac prognostica, e vocibus, quarum litterae numero-
rum indices ſunt, effictae occurrant; lubuit et mihi, quosdam in hoc ge-
nere lufus prolufioni huic, ne nuda plane ad panegyrym ſcholasticam in-
vitatio proponatur, inſerere, atque Lectoribus humaniſtimis exhibere.
En igitur primum

ХРОНОГРАФІКА ЕИРНІКА АМЕТРА

in annum 1762.

NVnC oMen paCIs aDfVLget orbi.

HoC anno LargIetVr DeVs nobIs paCeM.

AnnVs hIC LaetVs DabIt paCeM.

PaCeM reDVCIt LaetIor annVs.

ECCe paX aLMa reDIIt.

Mars atroX Laetae CeDIt paCI.

Anno faVſto atqVe feLICl, paCe reDeMa.

NVnC tanDeM paCe LaetablVr orbIs.

Laeta IaM paX proCeDIt ab ArCto.

RVſsIae MoDerator Laetae paCIs aVCtor.

PetrVs totI EVropae aLMae paCIs DoCtor.

RVſsIae arMa DVbIas pLaCant Coronas.

BrItannIae CLasses paCeM EVropae IVaDent.

Vienna et BeroLiVM ConCorDant.

EMETRA.

Anno hoC Laeto orbIs DonatVr MVnere pacIS.

SVeCIA IaM Defessa bene eſt pLaCata BorVſo.

OptantI EVropae Donat nVnC Anglia paCeM.

et cetera



Hisce

Hisce licebit iungere, cum sequenti deuinū anno pax καθολική inter Augustissimos Europae Monarchas, aliosque Principes Celsissimos speranda videatur,

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΚΑ ΕΙΡΗΝΙΚΑ ΑΜΕΤΡΑ
in annum 1763.

AnnVs hIC Ipse LaetVs DonabIt paCeM.
IsthOC anno LargIetVr DeVs nobIs paCeM.
FranCisCVs GerManiae bona InDVLget.
TheresIA Laetam InDVLget popVLis paCeM.
Large FRIDERICo PetrVs aMICVs,
RVssIae IMPerator DVLCIs paCator.
ArCtoa PetropolIs paCIs Magna DonatIX.
LonDInVM et LVtetIA pLane consPIrant.
ECCe, EVropa nVnC pLACata, AsIA, AfriCA, AMerICA paCatae.
GerManIA DIVtVrno LaCerata beLLo respIrat.

ΕΜΜΕΤΡΑ.

Post beLLVM horrIBILE en CoeVnt In foeDera gentes.
LaetantI EVropae nVnC Dant et LILIA paCeM.
HesperIa Irenes neC DVLCIa MVnera abhorret.
Magna Clto Irene Deterget VVLnera bellI.

ΓΕΝΟΙΤΟ! ΓΕΝΟΙΤΟ!

ΧΡΟΝΟΣΤΙΧΑ ΜΕΤ ΕΤΧΩΝ ΚΑΤΑ ΧΠΟΝΟΝ ΑΟΡΙΣΤΑ.

FRANCISCVS fiat FRIDERICO CAESAR amicus!
Perpetuo maneat FRIDERICO PETRVS amicus!
ARCTOI iungant cuncti bona foedera REGES!
Fac, DEVS, alma iterum toto PAX floreat orbe!
Atque adeo toto MARS impius exsulet orbe!
Mutua, fac, DEVS, Irene et Themis oscula figant!
Nostraque inexstincta Germania pace fruatur!
Eusebiaeque cohors Musarum iuncta resurgat!

Hisce lusibus, praeſertim versu non ſlatim obuio expreſſis, equidem horulas me aliquot impendifle haud diffiteor. Neque vero prima haec mea ſunt in hoc genere tentamina: ſiquidem adoleſcens olim, et paene puer, vti varii generis carminibus, ita et chronostichis luli: et magno mihi foret oblectamento, ſi excitatoria inter iuuenes ſtudioſos ingenia hiſce etiam amoenitatibus capi, et ſimile quid parere viderem. Ceterum ipſa heic occurrens copia et varietas, quam intelligentibus haud ingratam fore

fore confido, manifestum praebet documentum, absque spiritu propheticō, et absque omni arte magica talia effingi posse. Sane operae pretium fecerit, qui huiusmodi subsidia mnemonica e scriptoribus historicis colligere non fuerit grauatus. Ita ex. gr. in historia Gallica notari meretur versiculus indicans annum 1525. quo Franciscus I. ad Ticinum, seu Pauiam ab exercitu Caesaris Caroli V. deuictus et captus est:

Fortla pVgnaCIs IVCCVMbVnt LILIa GALLI.

Sic et in historia Hispanica notabilis est versus ille Ouidianus Metam. I. 148.

FILIVs ante DlēM patrIos InqVIrIt In annos.

designans annum 1568. quo Carolus, infelix ille, ob sponsam et vitam a patre erectam, Philippi II. filius, et regni haeres, nec tamen innocens, si versus ille vere in ipsum congruit, patre iubente e medio sublatuſ est. Neque minus ἀξιομνησόνευτος est versus dudum designans annum 1648. quo post aliquot annorum ὠδίνας, obstetricante magno ιατρῶν πολὺπολῆων numero, Germania tandem enixa est filiam, nondum defunctam, ab inquis licet tutoribus multa perpeſsam, PACEM WESTPHALICAM:

CaſarIs et RegVM IVnXIt paX aVrea DeXtras.

Hunc, cum itidem Europa filiam Irenen iam porro parturiat (vtinam fauente Lucina sanam plane atque venustam et vitalem pariat!) equidem ad annum 1763. sequenti trochaico ἐμεῖρω adcom:nodaui;

Caſares Regesq Ve LaetI aMIcA IVngent foedera.

In hisce versanti lusibus in mentem etiam venit libelli, quem possideo, complura huiusmodi chronographica, miro artificio e dictis biblicis, et hemistichis poëtarum eruta, exhibentis, atque a. 1712. editi, idque Helmstadii, vti ferebatur. Tit. est: Geſta In DlēbVs ILLIs et In tempore ILLo. Ierem. 33. 15. sive Imagines politicae, adiunctis sacrae et profanae eruditio[n]is parergis, potissima anni 1711. acta adumbrantes . . . Venet. excudebat Aquaniua. En vnum alterumque ex eo deceptum specimen.

Augustissimus CAROLVS, innumerabili prope hominum multitudine, vndique sumum VIVAT laetissime adclamaute, folleminissime Francocfurti 22. Decembris coronatur. Epigraphe: ECCe gaVDIVM. Ief. 22. 13. DVM CanitVr Caſar. Properr. I. IV. el. 6. A popVLo CLaMor ad aſtra Venit. Ouid. I. 3. Faſtor. Subscriptio.

VIVAT, bumi resonat, resonatque per aethera, VIVAT:

Congeminant plausus terra polusque suos,
A populo tantus cum personet vndique clamor,
Quid communis hic est (dic mihi) clamor? amor.

Belli-

ND 18

Y 1766 OR
Bellicosissimus Princeps EVGENIVS, in omnem terram, dum
commoda Caesaris id poscunt, fulminis instar, celerrime auolans. Epi-
graphe. Non Vna AeaCIDeM teLLVs habet. *Ausonius in epitaph. Ho-*
rum. Subscriptio.

Quam celer in quasuis rapitur pro Caesare terras
EVGENIVS! Genii caelitis illud habet.
EVGENII celeres mirari desine motus:
Non illum praedae, nec quoque dona grauant.

Rex Sueciae sub symbolo aniculae prae mature e nido euolantis. Epi-
graphe: Lare ConteMto non reDItVra VoLat. *Claudianus ad Genne-*
dium Procons. Subscriptio.

Quae volat ante diem, nido non redditur, ales,
Aut spolium pueris, aut erit illa catis.
Ante diem nidum liquisti, SVECE, paternum:
Dic, quando nido restituere tuo?
Restituere tuo Graecis, mihi crede, Kalendis,
Vistula conuersis quando recurret aquis.

Annon hic poeta ratione huius auguri propheta fuit?

Iam, quod restat, ad panegyrin, lustrationem Gymnassi aliqua sol-
lemnitate, si contigerit, condecoraturam, atque ad audiendum, ni graue
fuerit, senem, quem iuuenem saepe in Gymnasio Gottingensi, semel in
Academia Iulia inter dilcentes; saepius in schola Neandrina, per tria lustra,
inter docentes; saepissime in Gymnasio Gothano, per hosce triginta et
quatuor ferme annos, dicentem audierunt senes aequae ac iuuenes, crastina
luce, hora VIII. matutina *defelicitate scholarum*, in hac temporum infelici-
tate, quaedam nonnullius forte ponderis in medium adlaturum, Lectores,
speciatim eos, quos Patronos atque Amicos colo, decenter inuitio, vtque
cum fauore quodam et venia aetatis audire me ne dedignentur, VIROS
GENEROSA PROSAPIA ILLUSTRES, VARIA MVNERVM
DIGNITATE IN AVLA, ECCLESIA, REPVBlica SPECTA-
BILES, MVSARVM PATRONOS, FAVTORES, CVLTORES,
obseruantissime studiosissimeque oro

IO. HENR. STVSS., GYMNAS. RECTOR.

F. P. D. XXV. IVL. A CIC CI CCLXII.

X 3362666

76.2.

Sticha in pacem 1762. et 1763 exhib.

T. RAY

Y b
1766

G
Bi

A color calibration chart featuring a ruler scale on the left and a grid of color patches on the right. The ruler scale is marked in centimetres (0-19) and inches (0-8). The color patches are arranged in a grid and include: Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, 3/Color, and Black.

PROLVSIO
ONI ANNIVERSARIAE
ANASII GOTHANI
I. A. C. 1666. INSTITVENDAE
PRAEMISSA.

X, vna triumphis innumeris potior, PAX prae-
sima rerum, iam partim inter potentissimos ter-
rinos sanctos, partim inter alios etiamnum
erantes ineunda sit, atque in ore et votis omnium
manitate haud alienorum versetur; cumque varia
agnostica, e vocibus, quatum litterae numero-
e occurrant; lubuit et mihi, quosdam in hoc ge-
nic, ne nuda plane ad panegyritin scholasticam in-
trere, atque Lectoribus humanissimis exhibere.

ΡΑΦΙΚΑ ΕΙΡΗΝΙΚΑ ΑΜΕΤΡΑ
in annum 1762.

aClIs aDtVLget orbI.

gIetVr DeVs nobIs paCeM.

etVs DabIt paCeM

et Laetior annVs

La reDIIU.

tae CeDIt naCl.

Ve felICI naCe reDeM

pace Laetabitur orbis

procedit ab Arcto

ator Lastae pasCIIs aVCIer

*ator Lactae pacis auctor.
opas al Mae resciis Dester*

Whiles Pleasant Cere

SVbias pLaCant Coronas.
See noGSM EVnroves (VcD)

les pacem Europae Iva
I-VM C- C-Dut

LHM ConCorDant.

ДОБРОЕ ЕММЕТРА.
Ч. V.

Orbis DonatVr MVnere pacis
ff. 1. I. C. B. V.

etella bene eft pLaCata BorVillo.

e Donat nVnC Anglia paCeM

卷之三

